



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri  
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

**Sadoleto, Jacopo**

**[Francofurti], 1607**

VII. Iac. Sadolet. S.R.E. Cardin. Ioan. Bernardo Feliciano S.P.D.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

nemque de Repub. sed illam nunc demum verè & vtiliter suscipere se sum existimandus. Sed, vt ad prima redeam: cum antea teo-  
xistem, & virtutibus tuis multis, & etiam officiis erga me pro-  
curatum verò extremus iste congressus noster, prudentiam ma-  
ximè mihi tuam & æquitatem animi probitatemq; aperire. Tu  
enim, vidi, te & lugere eisdem Reip. casus, quibus ego afflicto-  
eodem animo appetere honestum otium, quo ego id sum con-  
curus. Quod etià felicitus mihi obuenit, quam adhuc fortasse  
bi: magnum tamen præ se fert probi & sapientis animi indicium  
illa eiuidem mens, quæ tædio malè rerum contractarum, & ce-  
rum sibi, & facultatem fruendæ libertatis querit. Quod libere  
cidere ferè iis, qui optimo ingenio & natura ingenua in liber-  
editi, postquam diu versati in principum negotiis, aliquando per-  
spexerunt, quam illa aliena tranquillitate animorum, vel pa-  
tius inimica beatæ & iucundæ vitæ sit viuendi ratio: quippe  
tota angoribus assiduis, maximisque sollicitudinibus, tanquam  
sentibus & spinis, intestinos sensus nostros lacerat atque crea-  
tat: aut è vestigio si possint, aut saltem pederentim & caute, in  
se se laqueis & compedibus conantur exoluerè. Que cum in re-  
que nostrum similis volutatis sit, eodemque ambo studio, optima  
& artibus & literis dediti sumus, ad multas & graues nostræ con-  
iunctionis mutæq; beneuolentiæ causas, hæc quoq; similes sen-  
sus & communium studiorum ratio, tam magni momenti pen-  
dus affert: vt ego amorem quem erga te suscepi, quoad vixero res-  
peruum sim seruaturus. Quod vt de me tibi pollicor, sic mihi  
cissim de te persuadeo. Tu, si eiusdem tibi erga me animi cõsentan-  
es, id mihi literis tuis si declaraueris, facies rem mihi vehementer  
optatam atq; gratam. Alfontum Daualum, cuius ego virtutis no-  
bilitatem, magnitudinem animi, mirificè & culta & beneuolen-  
tia mea prosequor, vt saluere iubeas meis verbis, summeq; me ad  
eo cupere diligi illi vt confirmes, magnopere à te peto. Vale. Car-  
pentoraacti, Idib. Septemb. M.D.XI.III.

## VII

IAC. SADOLET. S. R. E. CARDIN. IOAN.  
Bernardo Feliciano S. P. D.

**E**T si in summa expectatione eram, post Rulli mei literas ap-  
bendi, meq; in eo legendo explendæ cupiditatis, qua diu fueram  
huius egregii (vt ego sentio) scriptoris ipsius lingua cognoscendo,  
non me diocriter accensus: tamen non exiguum tractum eius mo-  
ra, que mihi afferebatur, tuas accepi literas: que, & qui tu verè  
ses, & quam beneuolentiam erga me suscepi, plane mihi in-  
dica-

Sunt enim amanter profus, & perdisertè scriptæ. In his  
quod multatrem negotij tantopere excultas, tua quidem diligen-  
tia vehementer grata: sed excusatio non ita necessaria fuit.  
Facili enim intelligo, ea que aliena fide operaque gerantur, non  
alio alium sapere respondere votis eorum, qui suum in his rebus of-  
ficio uti putant. Quod tamen officium magis à te ex humani-  
tate suscipere est, quam quod ego de te vlla in re bene sim  
meritis. Sed tamen quicquid est, quod abs te actum est in ei ho-  
noris causa, id mihi profus non modò accidit gratissimum: sed  
magnum etiam curam attulit, ut si fuerit occasio, coner te com-  
pensare non impari munere, præsertim cum videam quanta cum  
gentis & literarum elegantia scriptus liber, idemque à gluti-  
natis quam aptè & compositè concinnatus sit: in quo amo-  
ri & liberalitatis primas Rullo partes, tibi secundas sine dubita-  
tione dedito. Agoque propterea ambobus vobis magnas gratias.  
Tibi enim, qui me in tuis literis eis laudibus exornas, quas ego  
non spero: totum que id refero amorem ad eundem, qui tuis  
erga me iam perfectus est: his meis Feliciane literis hoc  
repondeo: te, etsi nequaquam antea mihi fueris notus, tamen  
hoc meo officio ita animo infudisse meo, ut quidem te post-  
hac amorem amicissimorum numero habiturus sim. Neque  
illud spero etiam optaturus, locum & tempus aliquod mihi  
dare, quo tu me item tui amantissimum esse intelligas. Vale. Car-  
penteoche Idibus Junij, M. D. XLI.

VIII

JAC. SADOLET. S. R. E. CARDIN.  
Donato Rullo S. P. D.

Carissimum intervallum factum est, ex quo ego tuas literas  
Septem XII. Cal. Aprilis Venetijs datas: Quæ etsi summam si-  
gnificationem tui erga me amoris habebant, erantque ita scri-  
ptæ, ut mihi illis suavis, nihil ingenui animi liberalisque natu-  
ra significari fieri posse videretur: tamen quoniam habebant  
Alexandri mentionem, teque adhibuisse diligentiam,  
ut si liber Græcè describeretur, mihi que mitteretur, indicabant:  
non parum mihi quicquam referendum, quod certum scirem,  
quo aliter ille liber, & cuius fidei ac diligentie mihi reddendus  
dubitatus fuisset. Nihil enim erat de hac re in tuis literis scri-  
ptum, neque valebam coniectura assequi, unde illum mihi, aut  
non pacto accedendum putarem. Quod cum longius duceretur,  
ergo in maxima expectatione tui mihi optatissimi muneris  
dona: recordor scripsisse ad Primum, talem virum, qualem tu  
queque eruditas: hoc est, omnibus ingenij, officij, virtutisque

